



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 135. Quid circa votum trium peregrinationum sit notandum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

334

simplíciter dictæ , unde Votum Religionis ab Ecclesia non approbatæ non est reservatum ita cum communi Belleg. P. 3. Sect. 13. Quæst. 4.

566 §. 2. Reservata sunt omnia vota, per quæ quis Religiosus, qualia sunt paupertatis, castitatis obedientiæ in Religione emissa, item quædam alia vota particularia secundum specialia Statutum quorundam Ordinum, Suar. Dian. Belleg. suprà.

567 §. 3. Si aliquis continentiam servare non posse, nec daretur recursus ad Papam vel Delegatum, essetque periculum in mora , posset Episcopus in Voto Religionis ineundæ dispensare, secundum dicta n. 563.

568 §. 4. Votum, quo Religiosus votet eligere Religionem strictiorem, non est reservatum quoad circumstantiam strictioris, uti habet communium Sot. Silv. Navar. Az. Less. Sanch. Dian. P. 1. T. 11 R. 55. Illung n. 145, & dictum est n. 550 ; nequit tamen irritari à Superiore, uti habet Busenb. relatus n. 48 & præter ibi citatos docent Suar. Laym. Tamb. L. c. 12. §. 5. n. 5, quia Religiosus quoad hoc subiectus soli Pontifici.

569 §. 5. Probabiliter tenent Sanch. Fagund. Mald. Dian. Trull. Belleg. suprà, Less. in Auctario v. Votum Cas. 3. Votum perseverandi in Religione non esse reservatum, sed commutari posse, si quis in Novitiatu experiatur Statutum sibi non convenire, nam non est Religionis in se, sed circumstantiæ, quæ non reservatur, secundum dicta n. 550.

570 Q. 135. Quid circa Votum trium peregrinationum fit notandum. R. Hoc unicum , quod Votum trium peregrinationum non sint reservata nisi sint emissa devotionis causâ , Tamburini Illung T. 5. num. 145.

TRACTA